

## Band V., Nr. 1524, Seite 290-291

*Judela die Witwe des Bürgers Truhlieb in Esslingen stiftet einen Weinberg  
in der Neckarhalde bei Esslingen und ein Gut in Oberesslingen an den  
Konvent der Schwestern in Sirnau.*

Ohne Ortsangabe, 1259. Januar 12.

Noverint universi tam presentes quam posteri, quod ego Iudela relicta Truhliebi civis Ezzelingensis, de consensu puerorum meorum vineam meam, que dicitur Rumeshi, que sita est in monte qui dicitur Neccherhalde<sup>1</sup>, libere cum omni iure suo tradidi conventui sororum in Syrmenowe pro remedio anime mee et mariti mei Truhliebi secundum hanc formam, ut de iam dicta vinea sororibus supradicti conventus potus in collatione singulis annis per quadragesimam administretur. Insuper predium meum quod est situm in Obernezzilingen, videlicet ortos et domum, quod annuatim solvit pro censu XXV solidos et duos pullos, cuius cultor feodotarius nunc est quidam homo qui dicitur Greoner<sup>a</sup>, cum omni iure suo libere tradidi sororibus conventus supradicti pro remedio anime filie mee Gute defuncte, et ut eiusdem anniversarius dies ab eisdem sororibus annuo celebretur. <br> <br> Acta autem sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LIX<sup>o</sup>., II. idus Ianuarii, presentibus Rudegero sculteto filio meo et Marcquardo fratre meo iudice. Et ut precaveatur tocius scrupulositatis varietas supervenire in posterum, presentem paginam seriem gestorum de predictis plene et expresse continentem conscribi feci sigillo civitatis Ezzelingensis roboratam. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An abhangenden Pergamentstreifen ein kleines Bruchstück des Siegels mit dem Kopf und dem linken oberen Flügel des Reichsadlers, sowie von der Umschrift + S.

---

<sup>a</sup>Nach dem *n* folgt ein *g*, welches aber oben und unten durch Punkte getilgt ist.

<sup>1</sup>Die Neckarhalde auf dem rechten Neckarufer unmittelbar unterhalb Esslingens.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stadtarchiv Esslingen

**Signatur/Titel des Originals:**

KH U 1122

**Regesten:**

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 19, Nr. 78.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)<br> Esslingen am Neckar, ES<br> Oberesslingen Wohnplatz (341)<br> Oberesslingen, Esslingen am Neckar, ES<br> Sirnau Wohnplatz (347)<br> Sirnau, Esslingen am Neckar, ES